



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Typus narrationis poeticæ. Ex Libanio. Capvt XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

essent hæ nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ cõcordiæ, repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido, non solum cum dedecore, verum etiam seclere coniuncta.

Hæc de causâ multi sunt circuitus verborum, & præparationes in dicendo, vt maior expectatio concitetur, quod in Verrem frequentissime Cicero facit. In comædijs, & tragædijs expectationes rerum futurarum concitata magnoperè delectant.

Tertiò, exitus inopinati, quando felices apparent, summam afferunt iucunditatem, quod ita Cicero affirmat.

At viri sæpè excellentes, ancipites, varique casus, habent admirationem, expectationem, lætitiã, molestiam, spem, timorem: si verò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lætitionis voluptate, tales sunt omnes comædiarum exitus, hoc est, inopinati, & felices.

Quarò, suavis fiet narratio, si motus animi interponantur, nam vt ait Aristoteles, in omni animi motu inest quædam iucunditas. Cicero pro Aulo Cluentio de Saffia, Cluentij matre.

Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiaris, non hominum fama, non filij dolor, non filia mæror, à cupiditate reuocaret, animum adolescentis, nondum consilio, ac ratione firmatum pellexit, &c.

Quintò colloquia personarum in narratione delectant, vt 3. in Verrem.

Quæso, inquit, Philodame, cur ad nos filium tuum non intrò vocari iubes? (Et paulò post,) Tum ille, vt aliquid responderet, negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. Hic tum alius ex alia parte. Enimverò ferendum hoc non est, vocetur mulier, & quæ sequuntur.

Sextò, dolores expressi delectant, inest enim quædam etiam in dolore iucunditas, vt pro Roscio Amerino.

Quod Amerinis eo vsque visum est indignum, vt vix tota fletus, gemitusque fieret. (Pro Aulo Cluentio.) In huius amantissimi sui fratris manibus, & gremio, mærore, & lachrymis consensebat.

Septimò, iracundiæ mouent delectationem. Siquidem Homerus iram canit effuso melle dulciorem. Sic Cicero pro Roscio Amerino,

Nemo erat, qui non ardere omnia mallet, quàm videre in Sexti Roscij optimi viri, atq; honestissimi bonis iactantem se, ac dominantem Titum Roscium.

Octauò, merus in narratione suauitatem afferunt, vt pro Roscio Amerino.

Vsq; adeò autem ille pertinuerat, vt mori mallet, quàm de ijs rebus Syllam doceri. (3. in Verrem.) Hæc vbi filio nunciata sunt, statim examinatus ad aedem contendit, vt & patris, & pudicitia fororis succurreret.

Nonò, lætitiæ faciunt iucundam narrationem, vt pro Cluentio.

Tum verò illa egregia, ac præclara mater palam exultare lætitiã, ac triumphare gaudio cœpit. (3. in Verrem,) Fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur, hospes horratur, poscunt maioribus poculis, celebratur omnium sermone, lætitiãque conuiuium.

Decimò, & vltimò cupiditates expressæ delectant, vt pro R. Amerino.

Hoc consilio atque adeò hæc amentia impulsus, quem ipsi cum cuperent, non potuerunt occidere, cum ingulandum vobis tradiderunt. (Pro Cluentio.) Sanguinem suum profunderè omnem cupit, dummodò profusum huius antè videat. Et hæc suauitas in rebus.

In verbis suauis genus erit dicendi, primum elegantia, & iucunditate verborum sonantium, & leuium, deinde coniunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neque disiuictos, atque hiantes, & sit circumscripta non longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto, habeatque similitudinem, æqualitatemque verborum.

### Typus narrationis poeticae.

Ex Libanio.

### CAPVT XVIII.

Δ Ηιανείραν τὴν Οινέως ἐβόλετο ἢ γὰρ Διανίτη μὲν Ηρακλῆς: ἔχε δ' ἔ ποταμὸν Α-Οσενίη. χελῶν ἕρας κόρης. ὃ δ' ἀμφοτέρα δεδοικώς οὐδέτερον χαρίζεται, σήσας οὖν ἄλλον τὴν θηγατέρα διαγωνίζεσθαι ἐκέλευσε, καὶ Ηρακλῆς ἐν ἑκα παλάμων, τὸ κέρας ἀνασπάσας ἔ ποταμῷ, καὶ τὸ ἄμμα ἔρρει ἀφ' οὗ Σειρήνες ἐγένοντο.

Deciani-

D Eianiram Oenei filiam petebat uxorem Hercules : at fluuius Achelous tenebatur amore virginis. Oeneus in utroque timidus, in neutro gratificari: iubet igitur proposita filia premissi loco illos decertare: Vicit tum Hercules in lucta, defregitque cornu fluuij, de cuius profuente cruore natae fuerunt Sirenes.

ALIA.

*Hyacinthus* **Α**Κθεις ανθου ακινδορ, τωτο ην παλαι μερακλον Αμυκλων, η χαλδω, ερασα και η αυθ γενοασι δυο, Ζεφυρος τε, και η Διτης, επει η Χαρις το τω δεφ βυλευει φωνον ο ζεφυρ ου επ αυτω, η τηρησας αφιεντα δισκον, επαδευετο ηδρ Υακινθου Απολλωνι τα τοιαυτα, πη τε απο τω ταδ γετθ, και περιτρεπει τω μερακλω την βολημ, και το ρυθκειτο, η η γη ηλει το παθου, η ανηι το ανθου.

**A** Vidisti, de flore hyacinthi, fuit olim adolescens ille Amyclæus formosus, habuitque amatores duos, Zephyrum, & Latonæ filium, Cum autem Deo inscrieret, insidias illi struit, vt interfecturus ventus, & obseruato tempore, quo discum eiecerat (nam docebat hæc Hyacinthum Apollo) fiat de Taygeto, & conuertit in adolescentem iactum, qui quidem ipse coneidit, terra verò miscra illius florem produxit.

ALIA.

*Alpheus. Arithusa.* **Ε**ρως απηται ποταμω ποθον ουν εμβεληκεν Αλφειω Σικελικης πηγης, Αρεδσης τενομα. πληγεις η ερχεται δι Ιονιθ παρ αυτην φηλατην αμιγεις, η ου θαλασση το ρειθω.

**A** Mor tetigit amnem, immisitque cupiditatem Alpheo fonti Siciliæ, nomine Arcthusæ. Itaque ille saucius fertur per Ionium mare ad ipsum. In mari etiam ipso impermissum flumen seruans.

Typus narrationis civilis, in tenui caractere.

Cic. lib. 2. de inuentione.

CAPVT XIX.

*Hyacinthi in* **I**n itinere quidam proficentem ad mercatum quendam, & secum aliquantum

nummorum ferentem est comitatus cum hoc, vt ferè fit, in via sermonem contulit, ex quo factum est, vt illud iter familiarius facere vellent. Quare, cum in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere voluerunt, cœnati discubuerunt ibidem. Caupo autem (nam ita dicitur post inuentum, cum in alio maleficio deprehensus esset) cum illū alterum videlicet qui nummos haberet, animaduertisset, noctu, postquam illos arctius, vt fit, iam ex latitudine dormire sensit, accessit, & alterius eorum, qui sine nummis erat gladium propè appositum è vagina eduxit, & illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium eruentum in vaginam recondidit, ipse sese in lectum suum recepit: ille autem cuius gladio occisio erat facta, multo ante lucem surrexit, comitem illum suum in clamauit femel, ac sapius, illum somno impeditum non respondere existimauit: ipse gladium, & cætera, quæ secum attulerat: solus profectus est. Caupo non multo post conclamauit hominem esse occisum, & cum quibusdam diuersoribus, illum qui ante exierat consequitur: in itinere hominem comprehendit, gladium eius è vagina educit, reperit eruentum: homo in urbem ad illis deducitur, ac reus fit.

Typus narrationis historica, suavis, & Philologica.

Narratio de Leonibus, & versa.

CAPVT XX.

*Alia. 1. 7. de ani. c. 27.* **Α**ερεϊ Ευδημου, εν παγαλατω τω Ορακλω κοπη λεοντου ερημο φυλακης επιστασαν αρχτον σκυμους ε λεοντος διαφθειρα, δια το μικρους ειναι επι και αμυνου σφισιν αδιωατης. επει η αφικετο εκ τινου αρχου θ, τε πατηρ, και η μητηρ, και ειδον τους παιδας εν τοις φονοις, οια εικος ηλγθμ, και επι την αρχτον ιεντο, η δε δεισασα εις τι δενδρον η ποδων ειχεν ανεθει, και εκαδητο, την επιθελην την δε εκειναν εκκλινασ περσμενη. ως η εδοκην τε πη τιμαρησαδα τον λυμεωνα ηκεν δευρο ενταυτα. η μεν λεαγα ου λειπει την φυλακην, αλλ υπο τω Κκ πρερε.

Kk